

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

EDICTVM DOMINI CONSTANTINI IMPERATORIS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

chiam tenebant) ad fidem Christi & baptismi sacramenta cōcurrerent. Et quibus vir religiosissim⁹ constantinus primus fidem veritatis patenter adeptus licentiam dedit per vniuersum orbem suo degentes imperio non solum fieri christianos; sed etiam fabricandas ecclesias, & predia tribuēda cōstituit. Deniq; idem prefatus princeps donaria immensa, & fabricā templi prime sedis beati principis apostolorum instituit, adeo vt sedem imperiale quā Romani principes possederant relinqueret, & beato Petro suisq; presulibus profutura cōcederet. Idemvero presidens in sancta synodo que apud nicenū congregata est, cum querelā quorūdam conspiceret coram se deferendā ait, vos a nemine diiudicari potestis quia solius dei iudicio reseruamini, diū & enim vocati estis. Idcirco non potestis ab hominibus iudicari. Ab illo & enim tēpore & deinceps viri religiosissimi non solū possessiones & predia que possederant, sed etiam semetipsos domino consecrarunt edificantes basilicas in suis fundis in honore sanctorū martyrum per ciuitates ac monasteria innumera, in quibus cetus domino seruientium conueniret. Deniq; reges & presides ac magistratus non solum hanc licentia tribuere, sed etiam ipsi propria largiti sunt per vniuersa regna terrarū, vnde aleretur egentes qui nichil in mundo possidebant, ecclesieq; dei fabricarentur atq; restaurarentur, deoq; & ecclesie eius rite famulantibus seruiscq; illius supplementa (vt absq; necessitate essent) tribuerentur, vt hec accipientes possent secundū monita apostoli orationes postulationes obsecrationes gratiarūq; actiones facere p omnibus hominibus pro regibus, & qui in sublimitate sunt, vt quietā & trāquillā vitam habeant. Et hoc bonum & acceptum esse coram deo idem magister gentiū protestatur cui sollicitudo omnium ecclesiarum incumbit, quicq; episcopos regere per spiritum sanctū constituit ecclesiā dei. Quibus ait, Pascite qui in vobis est gregem dei prouidentes non coacte sed sponte secundū deum, neq; turpis lucri gratia, sed voluntarie. Cum enim dicat, Nemo militās deo implicat se negociis secularibus, que enim sunt negocia secularia sancti canones manifestant & inhihent perspicue, quod quidā qui in clero videntur electi propter lucra turpia conductores alienarum possessionū fiant, & secularia negocia sub cura sua accipiant domini quidē ministerium paruipendentes, secularium vero discurrentes domos, & propter auaritiā patrimoniorū sollicitudinem sumentes decreuit sancta synodus nullū deinceps clericū aut possessiones cōducere, aut negociis secularib⁹ se miscere, pter pupillorū & orphanorū, aut si forte ep⁹s ciuitatis ecclesiasticarū rerū sollicitudinē habere p̄cipiat. vbi liquido patet quia alia sunt negocia secularia alia ecclesiastica. Nōne moyses in seculo erat cum crebro tabernaculum intraret & exiret, qui intus contemplatione raptus foris infirmatū negotiis vrgebatur, intus dei archana considerans foris onera carnalium portabat. Cuius typū sacerdotes in ecclesia agere debent, vt dum foras exeunt ad execranda negocia pro necessitatibus subditorū, intus ad se redeāt per contemplationem mandatorū, sicut paulus qui celestibus secretis inseritur, & tamē per condescensionis viscera carnalium cubile perscrutatur. Sic & iacob ascendentes & descendentes angelos vidit, quia videlicet rectores ecclesie non solum deo contēplando superna appetunt, sed deorsum quoq; ad mēbra illius miserando descendunt. Et dum sacerdotes horū facta imitantur & se custodiunt, & subditorum onera portant, & videtur tales esse quales idem egregius predicator dicit, vt qui vtuntur hoc mundo tāq; non vtantur, & qui gaudent tāq; non gaudentes, & qui emunt tāq; non possidentes.

EDICTVM DOMINI CONSTANTINI IMPERATORIS.



MOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS patris scilicet & filii, & spiritus sancti imperator Cesar. Flavius constantinus in Christo Iesu vno ex eadem trinitate sancta saluatore domino deo nostro fidelis, mansuetus, beneficus, alemanicus, gothicus, sarmaticus, germanicus, britanicus, vnicus, pius, felix, victor, ac triumphator semper augustus, sanctissimo ac beatissimo patri patri Siluestro vrbis Romane episcopo & pape, atq; omnibus eius successoribus qui in sede beati Petri vsq; in finem seculi sessuri sunt pontificibus, nec non & omnibus reuerentissimis, & deo amabilibus catholicis episcopis eidem sacro sancte Romane ecclesie per hanc nostram imperiale cōstitutionē subiectis in vniuerso orbe terrarum nunc & in posteris cunctis retro temporibus constitutis gratia, pax, charitas, gaudium, longanimitas, misericordia a deo patre omnipotēte & Iesu Christo filio eius, & spiritu sancto cū om-

A

EDICTVM CONSTANTINI IMPERATORIS

nibus vobis. Ea quę saluator & redemptor noster dominus noster Iesus christus altissimi patris filius per suos sanctos apostolos Petrum & Paulum interueniente patre nostro siluestro summo pontifice & vniuersali papa mirabiliter dignatus est operari, liquida narratione per huius nostre imperialis institutionis paginam ad cognitionem omnium populorum in vniuerso orbe terrarum studuit propagare nostra mansuetissima serenitas. Primum quidem nostram fidem quam a prelato beatissimo patre & oratore nostro siluestro vniuersali pontifice docti sumus intima cordis confessione ad instruendas omniū vestrum mentes proferentes, & ita demum dei misericordiam super vos diffusam annunciantes. Nosse enim vos volumus sicut per anteriorem nostram sanctam pragmaticam iussione significauimus nos a culturis idolorum, simulacris mutis & surdis manu factis, diabolicis compositionibus atque ab omnibus sathane popis recessisse, & ad integram christianorum fidem quę vera lux & vita perpetua peruenisse credentes iuxta id quod nos idem almighty summus pater & doctor noster silvester instruxit pontifex in deum patrem omnipotentem factorem celi & terre visibilium omnium & inuisibilium. Et in Iesum christum filium eius vnigenitum dominum nostrum, per quem creata sunt omnia. Et in spiritum sanctum dominum & viuificantem vniuersę creature, hos patrem & filium & spiritum sanctum confitemur ita, ut in trinitate perfecta & plenitudo sit diuinitatis & vnitas potestatis, pater deus, filius deus, & spiritus sanctus deus, & tres vnum sunt in Iesu Christo. Tres itaque forme sed vna potestas. Nam sapiens retro semper deus edidit ex se per quod semper erant gignenda secula verbum. Et quando eodem solo sue sapientie verbo vniuersam ex nichilo formauit creaturam cum eo erat cuncta suo archano componens mysterio, Igitur perfectis celorum virtutibus, & vniuersis terre materiis pio sapientie sue nutu ad imaginem & similitudinem suam primum de limbo terre fingens hominem hunc in paradiso posuit voluptatis. Quę antiquus serpens & hostis inuidens diabolus per amarissimum ligni vetiti gustum exulē ab eisdem fecit gaudiis, eoque expulso non desinit sua venenosa multis modis protelare iacula, ut a via veritatis humanum abstrahens genus idolorum culture videlicet creature, & non creatori deseruire suadeat, quatinus per hos eos quos suis valuerit irretire insidiis, secum eterno afficiat concremationis supplicio. Sed deus noster misertus plasmatis sui dirigens sanctos suos prophetas per quos lumen future vite aduentum videlicet filii sui domini dei & saluatoris nostri Iesu christi annuncians misit eundem vnigenitum filium suum & sapientie verbum. Qui descendens de celis propter nostram salutem natus de spiritu sancto ex Maria virgine, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, non amisit quod fuerat, sed cepit esse quod non erat, Deum perfectum & hominem perfectum, ut deus mirabilia perficiens, & ut homo humanas passiones sustinens, ita verbum hominem & verbum deum predicante patre nostro siluestro summo pontifice intelligimus, ut verum deum verum hominem fuisse nullo modo ambigamus. Electisque duodecim apostolis miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine coruscavit. Confitemur eundem dominum Iesum christum adimpletisse legem & prophetas, passum, crucifixum secundum scripturas, tertia die a mortuis resurrexisse assumptum in celos, atque sedentem ad dexteram patris. Inde venturum iudicare viuos & mortuos, cuius imperii non erit finis. Hec est enim fides nostra catholica orthodoxa a beatissimo patre nostro siluestro summo pontifice nobis prolata. **A** Exhortantes ideo omnem populum & diuersas gentium nationes hanc fidem tenere, colere, & predicare, & in sancte trinitatis nomine aptissime gratiam consequi, & dominum nostrum Iesum christum saluatorem, qui cum patre & spiritu sancto per infinita secula viuit & regnat. Quę silvester beatissimus pater noster vniuersalis predicat pontifex corde deuoto adorare. Ipse enim dominus noster misertus michi peccatori misit sanctos suos apostolos ad visitandum nos, & lumen sui splendoris infulsit nobis, & abstractum a tenebris ad veram lucem & agnitionem me venisse gratulamini. Nam dum valida squalloris lepra totam mei corporis inuasisset carnem, & multorum medicorum conuenientium cura adiberetur, nec ullius quidem cura promeruissemus salutem. Ad hoc venerunt sacerdotes capitolii dicentes michi debere fieri fontem in capitolio & compleri hunc innocentium sanguine, & in eo calente loco me posse mundari. Et secundum eorum dicta aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum vellent sacrilegi paganorum sacerdotes eos mactari, & ex eorum sanguine fontem repleri, cernens serenitas nostra lacrimas matrum eorum, illico exhorui facinus miseratulusque eas proprios illis restitui precepimus filios suos, datisque vehiculis & donis concessis gaudentes ad propria relaxauimus. **B** Eadem igitur transacta die nocturna nobis facta silentia dum somni tempus aduenisset, assunt apostoli sanctus Petrus & Paulus dicentes michi. Quoniam flagitiis posuisti terminum, & effusionem sanguinis innocentis horruisti missi sumus a Christo domino deo nostro dare tibi sanitatis recuperande consilium. Audi ergo monita nostra, & fac quodcumque indicamus tibi.

tibi. Siluester episcopus huius ciuitatis ad montē foracte persecutiones tuas fugiens in cauernis per-
 trarum cum suis clericis latebrā fouet, hunc ad te cum adduxeris, ipse tibi piscinam pietatis ostēdet,
 in qua dum te tertio merferit, omnis te valitudo ista deferet lepre. Quod dum factum fuerit hanc vi-
 cissitudinem tuo saluatori compensa, vt omnes iussu tuo per totum orbem restaurentur ecclesie. Te
 autem ipsum in hac parte purifica vt relicta omni superstitione idolorum deum viuum & verū, qui
 solus est & verus adores, & excolas, vt ad eius volūtatem attingas. Exurgens igitur a somno proti-
 nus iuxta id quod a sanctis apostolis admonitus sum peregi, aduocatoq; eodem precipuo & magni-
 fico patre & illuminatore nostro siluestro vniuersali papa omnia a sanctis apostolis michi precepta
 dixi verba, Percontatiq; sumus ab eo qui isti dii essent Petrus & Paulus, Ille vero nō eos deos vere
 dici, sed apostolos saluatoris nostri domini dei Iesu christi respondit. Et rursus interrogare cepim⁹
 eundem beatissimū papā, vtrum istorum apostolorū imagines expressas haberet, vt ex pictura di-
 sceremus hos esse quos reuelatio docuerat. Tunc idem venerabilis pater imagines eorūdem aposto-
 lorum per diaconē suum exhiberi precepit, quas dum aspicerē & eorum quos in somno videram fi-
 guratos in ipsis imaginibus cognouissem vultus ingenti clamore coram omnibus satrapis meis
 confessus sum eos esse quos in somno viderā. ¶ Ad hec beatissimus idem siluester pater noster vrbis A
 Rome episcopus indixit nobis penitētie tempus intra palatium nostrum lateranense, in vno cilicio,
 vt omnia que a nobis impie peracta atq; iniuste disposita fuerant, vigiliis ieiuniis atq; lachrimis &
 orationibus apud dominū nostrum Iesum christū saluatōrē impetraremus. Deinde per manus im-
 positionem clericorū, vsq; ad ipsum presulē veni, ibiq; renuntians sathane pompis & operibus eius,
 vel vniuersis idolis manufactis credere me in deum patrē omnipotentem factorem celi & terre, visi-
 bilium & inuisibilium, & in Iesum christum filium eius vnicū dominū nostrū, qui natus est de spi-
 ritu sancto ex maria virgine spontanea voluntate corā omni populo p̄fessus sum. Benedic̄toq; fon-
 te illic me trina meriōe vnda salutis purificauit. Positoq; me in fontis gremio manū de celo me cō-
 tingentē propriis oculis vidi. De qua mundus exurgēs ab omni me lepre squallore mundatū agno-
 scite, leuatoq; me de venerabili fonte indutus vestibus candidis septiformis gratie sancti spiritus con-
 signationem adhibuit beati chris̄matis vn̄ctione, & vexillū sancte crucis in mea fronte liniuit dicēs.
 Signat te deus sigillo fidei sue, In nomine patris & filii, & spiritus sancti in consignatione fidei. Cum
 cunctiq; clerus respondit amen. Et adiecit presul, pax tibi. Prima itaq; die post perceptum sacri baptis-
 matis mysterium, & post curationem corporis mei a lepre squallore agnoui nō esse aliū deū nisi pa-
 trem & filium & spiritū sanctū, quē beatus Siluester papa p̄dicat, trinitatem in vnitate vnitatem in
 trinitate. Nam omnes dii gentiū quos vsq; hactenus colui demonia, opera hominū manufacta cō-
 probātur. Et enim quantā potestatem idem saluator noster suo apostolo beato Petro contulerit in
 celo ac terra lucidissime nobis idem venerabilis pater edixit, dum fidelem eum in sua interrogatiōe
 inueniens ait. Tu es petrus & super hāc petram edificabo ecclesiam meam & porte inferi nō p̄uale-
 bunt aduersus eam. Aduertite potentes & aure cordis intendite, quid bonus magister & dominus
 suo discipulo adiunxit inquiens. Quodcūq; ligaueris super terram, erit ligatum & in celis. Mirum
 est hoc valde & gloriosum in terra ligare & soluere, & in celo ligatum & solutū esse. Et dum hec p̄di-
 cante beato Siluestro agnoscerem & beneficiis ipsius beati Petri integerrime sanitati me comperi re-
 stitutum. ¶ Vtile iudicauimus vna cum omnibus nostris satrapis & vniuerso senatu, optimatibus B
 meis, etiam & cuncto populo Romane glorie imperii subiācēti, vt sicut in terris vicarius filii dei esse
 videtur constitutus etiam & pontifices qui ipsius principis apostolorum gerūt vices principatus po-
 testatem amplius quā terrena imperialis nostre serenitatis mansuetudo habere videtur concessam a
 nobis nostrisq; imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principē apostolorum vel eius vicarios fir-
 mos apud deum esse patronos. Et sicut nostra est terrena imperialis potentia eius sacrosanctā Roma-
 nam ecclesiam decreuimus veneranter honorare & amplius quā nostrum imperiū & terrenū thro-
 num sedem sacratissimā beati Petri gloriose exaltari, tribuētes ei potestatem & glorie dignitatē atq;
 vigorem & honorificētiā imperialem, atq; decernentes sancimus, vt principatum teneat tam su-
 per quattuor precipuas sedes Antiochenā, Alexandrinā, Constantinopolitanā, & Hierosolimitanā
 quāq; etiam super omnes in vniuerso orbē terrarū dei ecclesias. Et pōtifex qui pro tēpore ipsi⁹ sacro
 sancte Romane ecclesie extiterit, celsior & princeps, cunctis sacerdotibus totius mūdi existat, & eius
 iudicio queq; ad cultum dei vel fidei christianorum stabilitatem procurandam fuerint disponātur,
 iustum quippe est, vt ibi lex sancta caput teneat principatus, vbi sanctarum legum institutor salua-

tor noster beatum Petrum apostolatus obtinere precepit cathedram, ubi & crucis patibulum sustinet
 beate mortis sumpsit poculum, suiq; magistri & domini imitator apparuit. Et ibi gentes pro christi
 nomiinis confessione colla flectant, ubi eorum doctor beatus Paulus apostolus pro christo extenso
 collo martyrio coronatus est, illic usq; in finem querant doctorem ubi sanctum doctoris quiescit corpus,
 & ibi proni ac humiliati celestis regis dei saluatoris nostri Iesu christi famuletur officio, ubi superbi
 terreni regis seruebant imperio. Interea nosse volumus omnem populum vniuersarum gentium
 ac nationum per totum orbem terrarum, construxisse nos intra palatium nostrum lateranensem eidem salua
 tori nostro domino Iesu Christo ecclesiam a fundamentis cum baptisterio & duodecim nos sciatis
 de eius fundamentis secundum numerum duodecim apostolorum cophinos terre onustatos propriis
 asportasse humeris, quam sacrosanctam ecclesiam caput & verticem omnium ecclesiarum vniuerso orbe
 terrarum dici coli venerari ac predicari sancimus, sicut per alia nostra imperialia decreta constitui
 mus. Construximus itaq; ecclesias beatorum Petri & Pauli primorum apostolorum quas auro & ar
 gento locupletauimus, ubi & sacratissima eorum corpora cum magno honore recondentes, thecas
 ipsorum ex electo cui nulla fortitudo preualet elementorum construximus, & crucem ex auro purissi
 mo & gemis preciosissimis per singulas eorum thecas posuimus, & clauis aureis confiximus. Quib;
 bus pro concinnatione luminarium, possessionum predia contulimus, & rebus diuersis eas ditauimus,
 & per nostram imperialem iussione[m] sacra[m], tam in oriente quam in occidente vel etiam septentrionali & me
 ridiana plaga videlicet in Iudea, Grecia, Asia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuersis insulis nostra lar
 gitate eis concessimus, ea prorsus ratione ut per manus beatissimi patris nostri Siluestri pontificis
 successorumq; omnia disponantur. Gaudeat enim vna nobiscum omnis populus & gentium na
 tiones vniuerso orbe terrarum exhortantes omnes, ut deo nostro & saluatori Iesu Christo immen
 sas vna nobiscum referatis gratias, quoniam ipse deus in celis desuper, & in terra deorsum, qui nos p
 suos sanctos apostolos visitans sanctum baptismatis sacramentum percipere & corporis sanitate di
 gnos effecit, pro quo concedimus ipsis sanctis apostolis dominis meis beatissimis Petro & Paulo
 & per eos etiam beato Siluestro patri nostro summo pontifici, & vniuersalis vrbis Rome pape, & om
 nibus eius successoribus pontificibus qui usq; in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, atq; de
 presenti concedimus palatium imperii nostri lateranensem quod omnibus in toto orbe terrarum prefer
 tur atq; precellit palatii deinde diadema videlicet coronam capitis nostri simulq; pallium, vel mitram
 frigidum, nec non & superhumeralem videlicet lorum quod imperiale circumdare assolet collum, verum
 etiam & damidem purpuream atq; tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta, seu & dignitatem
 imperialium presidentium equitum, conferentes etiam & imperialia sceptrum, simulq; & cuncta signa atq;
 banna etiam & diuersa ornamenta imperialia, & omnem processionem imperialis culminis & gloriam
 potestatis nostre. **A** Viris enim reuerendissimis clericis diuersis ordinibus eidem sacre sancte Ro
 mane ecclesie seruientibus illud culmen singularitatem potentiam & precellentiam habere sancimus
 cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est patricios atq; consules effici, nec non &
 ceteris dignitatibus imperialibus eos promulgantibus decorari. Et sicut imperialibus militia, ita & de
 rum sancte Romane ecclesie ornati decernimus. Et quemadmodum imperialis potentia officiis diuer
 sis cubiculariorum nempe hostiariorum, atq; omnium excubiarum ornatu, ita & sanctam Romanam
 ecclesiam decorari volumus. Et ut amplissime pontificale decus prefulgeat, Decernimus & hoc ut cleri
 ci eiusdem sancte Romane ecclesie manipulis & lintheaminibus, id est candidissimo colore decorari equos
 & ita equitari. Et sicut noster cenatus calciamentis utitur cum vdonibus, id est candido lintheamine illu
 strati, ut sicut celestia ita & terrena ad laudem dei decorentur. Pre omnibus autem licentiam tribuentes
 ipsi sanctissimo patri nostro Siluestro vrbis Rome episcopo & pape, & omnibus qui post eum in suc
 cessum & perpetuis temporibus aduenerint beatissimis pontificibus pro honore & gloria christi dei
 nostri in eadem dei magna catholica & apostolica ecclesia ex nostro iudicio quem placatus proprio co
 silio clericare voluerit, & in numero religiosorum clericorum connumerare nullum ex omnibus presu
 mentem superbe agere. Decreuimus itaq; & hoc ut idem venerabilis pater noster silvester summus pon
 tifex, vel omnes eius successores pontifices diadema videlicet coronam quam ex capite nostro illi concessi
 mus ex auro purissimo & gemis preciosis uti debeant, & eorum capite ad laudem dei pro honore
 beati Petri gestare, ipse vero beatissimus papa super coronam clericatus quam gerit ad gloriam beati pe
 tri omnino ipsa ex auro non est passus uti corona, frigidum quoque candido nitore splendentem resurre
 ctionem dominicam designans eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frenum
 equi illius

equi illius pro reuerētia beati Petri stratoris officium illi exhibuim⁹, statuētes eodē phrygio omnes eius successores singulariter uti in processionibus ad imitationem imperii nostri. ¶ Vnde ut pontificalis apex nō vilescat, sed magis ampli⁹ quā terreni imperii dignitas & glorie potētia decoretur, ecce tam palatium nostrum, ut predictum est quamq; Romane vobis, & omnes italie seu occidentaliū regionum prouincias loca & ciuitates prefato beatissimo pontifici nostro siluestro vniuersali pape concedimus atq; relinquimus, & successorum ipsius pontificū potestati & ditioni firma imperiali censura per hanc diuālē nostrā sacra potestate & pragmaticū cōstitutū decernim⁹ dispōendū atq; iuri sancte Romane ecclesie concedimus permāsurum. Vnde congruum prospeximus nostrū imperium & regni potestatem orientalibus transferri ac transmutari regionibus, & in bizantie prouincie in optimo loco nomini nostro ciuitatē edificari, & nostrū illic constitui imperiū, quoniam ubi principatus sacerdotum & christiane religionis caput ab imperatore celesti constitutum est, iustum nō est ut illic imperator terrenus habeat potestatem, hec vero omnia que per hanc nostram imperialem sacra, & per alia diuālia decreta statuimus atq; confirmauimus, vlcq; in finem mundi illibata & incōcussa perimnaēda decernimus. Vnde corā deo viuo qui nos regnare precepit, & coram terribilibus eius iudiciis obtestamur per hoc nostrū imperiale cōstitutū omnes nostros successores imperatores vel cunctos optimates satrapas etiam amplissimū senatum & vniuersum populum in toto orbe terrarū nunc & in posterū cūctis retro tēporibus imperio nostro subiācētē nulli eorū quoquomodo dolere hec que a nobis imperiali sanctione sacrosanctē Romane ecclesie vel eius omnibus pontificibus cōcessa sunt refragari aut cōfringere vel in quoq; cōuellere, Si quis autē (quod non credimus) in hoc temerator aut contēptor extiterit eternis cōdēnationibus subiaceat innodatus: & sanctos dei principes apostolorum Petrū & paulū sibi in presenti & futura vita sentiat contrarios, atq; in inferno inferiori cōcremat⁹ cum diabolo & omnib⁹ deficiat impiis. ¶ Huius vero imperialis decreti nostri paginā propriis manibus roborantes super venerādum corpus beati Petri principis apostolorū posuimus, ibiq; eidē cū apostolo spondentes nos cuncta inuolabiliter cōseruare, & nostris successoribus imperatoribus cōseruanda in mandatis reliqui patri nostro siluestro summo pontifici & vniuersali pape, eiusq; cunctis successoribus pontificibus domino deo & saluatore nostro Iesu Christo annuēte tradimus perhemniter atq; feliciter possidenda. Et subscriptio imperialis, diuinitas vos cōseruet per multos annos sanctissimi ac beatissimi patres. Datū rome sub tertio die kalē. aprilii domino nostro Flauio constantino Augusto quarto & Gallicano. iiii. viris clarissimis consulibus.

¶ Quo tempore actum sit nicenum concilium.

C Anones generalium conciliorum a temporibus cōstantini ceperunt. In precedentibus nāq; annis perlecutione feruente docendarū plebiū nisi que a Romana processerunt sede minime dabatur facultas. Inde christianitas in diuersas herefes scissa est, quia nō erat licentia episcopis in vnū conuenire nisi tempore supradicti imperatoris, ipse enim dedit facultatem christianis libere congregari. Sub hoc etiā sancti patres in cōcilio niceno de omni orbe terrarum cōuenientes iuxta fidem euangelicam & apostolicam secundū post apostolos symbolum tradiderunt.

INCIPIT PREFATIO NICENI CONCILII.



BEATISSIMO SILVESTRO IN VRBE ROMA APOLICE sedis antistite Cōstantino augusto & licinio cesare, consulatu paulini & Iuliani virorum clarissimorū, ab alexādro millesimo tricesimo sexto anno mēse Iulio. xiii. kalē. Iulii. propter insurgētes herefes fides catholica exposita est apud niceam bithinie quā sancta & reuerendissima romana cōplectitur & veneratur ecclesia, quippe quā trecenti decem & octo patres mediantibus victore atq; vincentio Religiosisimīs romane sedis presbyteris inspirante deo, ad obstruēda arrii venena protulerunt. Nam & nōnullę regule subnexę sunt quas memorata suscipiens confirmauit ecclesia. Sciēdum est sane ab omnibus catholicis, quoniam sancta ecclesia romana nullis synodicis decretis prelata est, sed euāgelica voce domini & saluatoris nostri primatū obtinuit. ubi dixit beato Petro apostolo. Tu es petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. & porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauēs regni celorum, & quęcūq; ligaueris super m. i.